

8. Cum logica sit ars, quae in verum dirigit, ad eam pertinet regula distinguendi verum a falso.

9. In rebus intelligibilibus haec regula est evidentia rationis, in sensibilibus sensuum recte dispositorum evidentia; et in historicis, humana auctoritas quae quidem nunquam moralem credit certitudinem.

10. Ars critica et Ecclesiae, et Reip. maiori est utilitatis.

11. Quilibet Ecclesiae saeculo egregii extiterunt criticae cultores.

12. Certas regulas ad libros corruptos, et mutilatos integrandos in circo dicam.

13. Voces non a natura ut opinabantur Stoici sed ab hominum arbitrio significant.

14. Per Methodum, modum in veritatis cognitione ordinate procedendi, intelligimus.

15. Duplex existit Methodus: Analytica et Synthetica; Analytica est, qua mediante proceditur in inveniendam veritatem; Synthetica qua mediante veritas docetur.

16. Methodi in genere varias regulas si percontamini proferam.

17. Etiam Analyticae et Syntheticae alias assignabo regulas.

### Metaphisica.

18. Metaphisica est: scientia de rebus intentione carentibus, apens.

19. Recte dividitur in Psychologiam, Ontologiam et Theologiam naturalem.

